

Mardi Saint

Mardi 15 avril 2025

● 1ère classe

INTROÏT *Galates 6, 14*

Nos autem gloriári oportet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi : in quo est salus, vita et resurrectio nostra : per quem salváti et liberáti sumus. **Ps. 66** Deus misereátur nostri, et benedícat nobis : illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. **Ÿ.** Glória Patri.

Quant à nous, c'est dans la croix de notre Seigneur Jésus-Christ qu'il nous faut nous glorifier : en lui est notre salut, notre vie et notre résurrection ; par lui nous avons été sauvés et délivrés. **Ps. 66** Que Dieu ait pitié de nous et qu'il nous bénisse ; qu'il fasse luire sur nous la lumière de son visage et qu'il nous fasse miséricorde. **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Omnípotens sempitérne Deus : da nobis ita Dóminicæ passiónis sacraménta perágere ; ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúndem.

Dieu tout-puissant et éternel, donnez-nous de parcourir les mystères de la passion du Seigneur de telle sorte que nous méritions de recevoir le pardon. Par le même...

LECTURE *du prophète Jérémie 11, 18-20*

In diébus illis : Dixit Ieremías : Dómine, demonstrásti mihi, et cognóvi : tunc ostendísti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansúetus, qui portátur ad víctimam : et non cognóvi, quia cogitavérunt super me consília, dicéntes : Mittámus lignum in panem eius, et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen eius non memorétur ámplius. Tu autem, Dómine Sábaoth, qui iúdicas iuste et probas renes et corda, vídeam ultiónem tuam ex eis : tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

En ces jours-là, Jérémie dit : « Seigneur, vous m'en avez informé, et je l'ai su : alors vous m'avez fait connaître leurs complots. Et moi, j'étais comme un doux agneau qu'on mène à l'abattoir, et j'ignorais les mauvais desseins qu'ils méditaient contre moi, disant : « Mettons du bois dans son pain, retranchons-le de la terre des vivants, et qu'on ne se souviennent plus de son nom. » Mais vous, Seigneur des armées, qui jugez selon la justice, et qui sondez les reins et les cœurs, faites que je voie votre vengeance s'exercer contre eux ; car c'est à vous que je confie ma cause, Seigneur mon Dieu. »

GRADUEL *Psaume 34, 13.1-2*

Ego autem, dum mihi molésti essent,
induébam me cilício, et humiliábam in
ieiúnio ánimam meam : et orátio mea in
sinu meo convertétur. *V.* Iúdica, Dómine,
nocéntes me, expúgna impugnántes me :
apprehénde arma et scutum, et exsúrge in
adiutórium mihi.

Mais moi, pendant qu'ils me
tourmentaient, je me revêtais d'un
cilice et j'affligeais mon âme par le jeûne,
et ma prière se tournera vers mon sein. *V.*
Jugez, Seigneur, mes adversaires, attaquez
mes agresseurs ; prenez les armes et le
bouclier, et levez-vous pour me secourir.

PASSION DE NOTRE SEIGNEUR JÉSUS-CHRIST *selon saint Marc 14,
32-72 ; 15, 1-46*

L'agonie au mont des Oliviers

In illo t mpore : Iesus et disc puli eius v niunt in pr ediu, cui nomen Geths mani. Et ait disc pulis suis : + Sed te hic, donec orem. **C.** Et ass mit Petrum et Iacobum et Io nnem secum : et coepit pav re et t d re. Et ait illis : + Tristis est anima mea usque ad mortem : sustin te hic, et vigil te. **C.** Et cum processisset p ululum, pr cidit super terram : et or bat, ut, si fieri posset, transiret ab eo hora : et dixit : + Abba, Pater,  mnia tibi possibilitia sunt, transfer calicem hunc a me : sed non quod ego volo, sed quod tu. **C.** Et venit et inv nit eos dormi ntes. Et ait Petro : + Simon, dormis ? non potuisti una hora vigil re ? Vigilate et or te, ut non intr tis in tentati nem. Sp ritus quidem promptus est, caro vero infirma. **C.** Et  terum  biens or vit, e ndem serm nem dicens. Et rev rsus, d nuo inv nit eos dormi ntes (erant enim  culi e rum gravati) et ignor bant, quid responderent ei. Et venit t rtio, et ait illis : + Dormite iam et requiescite. S fficit : venit hora : ecce, F lius h minis trad tur in manus peccat rum. S rgite, e mus : ecce, qui me tradet, prope est.

En ce temps-l , J sus et ses disciples se rendirent dans un domaine dont le nom  tait Geths mani, et il dit   ses disciples : + « Restez ici, tandis que je prierai. » **C.** Il prit avec lui Pierre, Jacques et Jean. Et il commen a    prouver de la frayeur et de l'angoisse. Il leur dit : + « Mon  me est triste jusqu'  la mort. Demeurez ici, et veillez. » **C.** Puis, s'avan ant un peu, il se prosterna sur le sol ; et il priait pour que, s'il  tait possible, cette heure s' loign t de lui. Il disait : + « Abba, P re !   toi, tout est possible,  loigne de moi ce calice. Toutefois, non pas ce que je veux, mais ce que tu veux ! » **C.** Puis il revint et trouva les disciples endormis ; et il dit   Pierre : + « Simon, tu dors ? Tu n'as pas pu veiller une heure ? Veillez et priez, pour ne pas entrer en tentation ; l'esprit est ardent, mais la chair est faible. » **C.** De nouveau, il s' loigna et fit la m me pri re. Puis il revint et les trouva encore une fois endormis (car leurs yeux  taient appesantis), et ils ne savaient que lui r pondre. Quand il revint pour la troisi me, il leur dit : + « Dormez, maintenant, et reposez-vous ! Cela suffit. L'heure est venue. Voici que le Fils de l'homme va  tre livr  aux mains des p cheurs. Levez-vous, allons ! Il est l , celui qui me livre. »

La trahison de Judas

C. Et, adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes, unus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis, a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens : S. Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum et ducite caute. C. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait : S. Ave, Rabbi. C. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum, et tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus, educens gladium, percussit servum summi sacerdotis : et amputavit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis : + Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me ? cotidie eram apud vos in templo docens, et non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturae. C. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo : et tenuerunt eum. At ille, reiecta sindone, nudus profugit ab eis.

C. Il parlait encore, que Judas Iscariote, l'un des Douze, s'approcha, et avec lui une foule portant des épées et des bâtons, envoyée par les chefs des prêtres, les scribes et les anciens. Celui qui le livrait avait convenu avec eux d'un signe ; il avait dit : S. « Celui que j'embrasserai, c'est lui : arrêtez-le et emmenez-le sous bonne garde. » C. Aussitôt arrivé, il s'approcha de lui et dit : S. « Salut, *Rabbi* ! » C. Et il l'embrassa. Les autres mirent la main sur lui et l'arrêtèrent. Un de ceux qui étaient là tira son épée, frappa le serviteur du grand prêtre et lui enleva l'oreille. Jésus prit la parole et leur dit : + « Comme pour un brigand, vous êtes sortis avec des épées et des bâtons pour me prendre. Tous les jours j'étais près de vous, enseignant dans le Temple, et vous ne m'avez pas arrêté. Mais c'est afin que les Écritures s'accomplissent. » C. Alors ses disciples, l'abandonnant, s'enfuirent tous. Un jeune homme le suivait, revêtu seulement d'un drap. On l'arrête. Mais lui, lâchant le drap, s'enfuit nu de leurs mains.

Jésus devant le Sanhédrin

Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem : et convenerunt omnes sacerdotes et scribae et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis : et sedebat cum ministris ad ignem, et calefaciebat se. Summi vero sacerdotes et omne concilium quaerebant adversus Iesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniabant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum : et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversus eum, dicentes : **S.** Quoniam nos audivimus eum dicentem : Ego dissolvant ! templum hoc manufactum, et per triduum aliud non manufactum aedificabo. **C.** Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogavit Iesum, dicens : **S.** Non respondes quidquam ad ea, quae tibi obiiciuntur ab his ? **C.** Ille autem tacebat et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, et dixit ei : **S.** Tu es Christus, Filius Dei benedicti ? **C.** Iesus autem dixit illi : + Ego sum : et videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus caeli. **C.** Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait : **S.** Quid adhuc desideramus testes ? Audistis blasphemiam : quid vobis videtur ? **C.** Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam conspuere eum, et velare faciem eius, et colaphis eum cedere, et dicere ei : **S.** Prophetiza. **C.** Et ministri alapis cum caedebant.

Ils emmenèrent Jésus chez le grand prêtre ; et tous les prêtres, les anciens et les scribes se réunirent. Pierre l'avait suivi de loin jusqu'à l'intérieur, dans la cour du grand prêtre. Il était assis avec les gardes auprès du feu, et se chauffait. Cependant les chefs des prêtres et le conseil tout entier cherchaient un témoignage contre Jésus pour le faire mourir, et ils n'en trouvaient pas. Car beaucoup portaient de faux témoignages contre lui, mais leurs témoignages ne concordaient pas. Quelques-uns se levèrent et portèrent contre lui ce faux témoignage : **S.** « Nous l'avons entendu dire : "Je détruirai ce Temple fait de main d'homme et, après trois jours, j'en bâtirai un autre qui ne sera pas fait de main d'homme." » **C.** Mais leurs témoignages ne concordaient pas. Le grand prêtre se leva au milieu de l'assemblée et interrogea Jésus : **S.** « Tu ne réponds rien aux accusations portées par ces gens contre toi ? » **C.** Mais lui se taisait, et il ne répondit rien. De nouveau le grand prêtre l'interrogea et lui dit : **S.** « Es-tu le Christ, le fils du Dieu béni ? » **C.** Jésus répondit : + « Je le suis, et vous verrez le Fils de l'homme assis à la droite de la puissance de Dieu et venant avec les nuées du ciel. » **C.** Le grand prêtre déchira ses vêtements et dit : **S.** « Qu'avons-nous encore besoin de témoins ? Vous avez entendu le blasphème. Qu'en pensez-vous ? » **C.** Tous le condamnèrent, comme méritant la mort. Certains se mirent à cracher sur lui, à lui couvrir le visage et à le frapper du poing en lui disant : **S.** « Fais le prophète ! » **C.** Et les valets lui assénaient des soufflets.

Le reniement de Pierre

Et cum esset Petrus in átrio deórsum, venit una ex ancíllis summi sacerdotís : et cum vidisset Petrum calefaciéntem se, aspiciens illum, ait : **S.** Et tu cum Iesu Nazaréno eras. **C.** At ille negávit, dicens : **S.** Neque scio neque novi, quid dicas. **C.** Et éxiit foras ante átrium, et gallus cantávit. Rursus autem cum vidisset illum ancílla, coepit dícere circumstántibus : Quia hic ex illis est. At ille íterum negávit. Et post pusíllum rursus, qui astábant, dicébant Petro : **S.** Vere ex illis es : nam et Galiláeus es. **C.** Ille autem coepit anathematizáre et iuráre : Quia néscio hóminem istum, quem dícitis. Et statim gallus íterum cantávit. Et recordátus est Petrus verbi, quod díxerat ei Iesus : Priúsqvam gallus cantet bis, ter me negábis. Et coepit flere.

Comme Pierre était en bas dans la cour, arriva une des servantes du grand prêtre. Elle vit Pierre qui se chauffait, le regarda et dit : **S.** « Toi aussi, tu étais avec Jésus le Nazaréen. » **C.** Mais il nia et dit : **S.** « Je ne sais pas, j'ignore ce que tu veux dire. » **C.** Il sortit à l'extérieur dans le vestibule, et le coq chanta. La servante le vit et recommença à dire aux assistants : « Celui-là en est. » Mais il nia de nouveau. Peu après, ceux qui étaient là disaient à leur tour à Pierre : **S.** « Pour sûr, tu en es, car tu es Galiléen. » **C.** Alors il se mit à lancer des imprécations et à jurer : « Je ne connais pas cet homme dont vous parlez. » Aussitôt, pour la seconde fois, le coq chanta. Et Pierre se rappela la parole que Jésus lui avait dite : « Avant que le coq ait chanté deux fois, tu me renieras trois fois. » Et il se mit à pleurer.

Jésus devant Pilate

Et conféstim mane consílium faciéntes summi sacerdótes, cum senióribus et scribis et univérso concílio, vinciéntes Iesum, duxérunt, et tradidérunt Piláto. Et interrogávit eum Pilátus : **S.** Tu es Rex Iudæórum ? **C.** At ille respóndens, ait illi : + Tu dicis. **C.** Et accusábant eum summi sacerdótes in multis. Pilátus autem rursus interrogávit eum, dicens : **S.** Non respóndes quidquam ? vide, in quantis te accúsant. **C.** Iesus autem ámplius nihil respóndit, ita ut mirarétur Pilátus.

Dès le matin, les chefs des prêtres tinrent conseil avec les anciens, les scribes et le Sanhédrin tout entier. Puis, ayant lié Jésus, ils l'emmenèrent et le livrèrent à Pilate. Pilate l'interrogea : **S.** « Tu es le roi des Juifs ? » **C.** Jésus lui répondit : + « Tu le dis. » **C.** Les chefs des prêtres portaient contre lui beaucoup d'accusations. Pilate l'interrogea de nouveau : **S.** « Tu ne réponds rien ? Vois combien d'accusations ils portent contre toi ! » **C.** Mais Jésus ne répondit plus rien, si bien que Pilate était dans l'étonnement.

Libération de Barabbas

Per diem autem festum solébat dimittere illis unum ex vinctis, quemcúmque petiissent. Erat autem, qui dicebátur Barábbas, qui cum seditiósus erat vinctus, qui in seditiône fécerat homicídium. Et cum ascendísset turba, coepit rogáre, sicut semper faciébat illis. Pilátus autem respóndit eis, et dixit : **S.** Vultis dimittam vobis Regem Iudæórum ? **C.** Sciébat enim, quod per invídiam tradidissent eum summi sacerdótes. Pontifices autem concitavérunt turbam, ut magis Barábbam dimitteret eis. Pilátus autem íterum respóndens, ait illis : **S.** Quid ergo vultis fáciam Regi Iudæórum ? **C.** At illi íterum clamavérunt : **S.** Crucifige eum. **C.** Pilátus vero dicebat illis : **S.** Quid enim mali fecit ? **C.** At illi magis clamábant : **S.** Crucifige eum. **C.** Pilátus autem volens populo satisfácere, dimisit illis Barábbam, et trádedit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigerétur.

Or, le jour de la fête, il avait coutume de leur accorder la liberté d'un des prisonniers, celui qu'ils réclamaient. Il y avait alors un nommé Barabbas, emprisonné avec des émeutiers, et qui avait commis un homicide au cours de l'émeute. La foule monta et se mit à réclamer à Pilate ce qu'il leur accordait toujours. Il leur répondit : **S.** « Voulez-vous que je vous libère le roi des Juifs ? » **C.** Car il comprenait que les chefs des prêtres l'avaient livré par jalousie. Mais les chefs des prêtres soulevèrent la foule pour qu'il leur libérât plutôt Barabbas. Pilate prit de nouveau la parole et leur dit : **S.** « Que voulez-vous donc que je fasse du roi des Juifs ? » **C.** De nouveau ils crièrent : **S.** « Crucifie-le ! » **C.** Pilate leur dit : **S.** « Qu'a-t-il donc fait de mal ? » **C.** Mais ils criaient de plus en plus fort : **S.** « Crucifie-le ! » **C.** Pilate, voulant contenter la foule, leur libéra Barabbas et, après avoir fait flageller Jésus, il le leur livra pour qu'il soit crucifié.

Moquerie des soldats

Míletes autem duxérunt eum in átrium prætórii, et cónvocant totam cohórtem, et induunt eum púrpura, et impónunt ei plecténtes spíneam corónam. Et coepérunt salutáre eum : Ave, Rex Iudæórum. Et percutiébant caput eius arúndine : et conspuébant eum et, ponéntes génua, adorábant eum. Et postquam illusérunt ei, exuérunt illum púrpura, et induérunt eum vestiméntis suis : et edúcunt illum, ut crucifigerent eum.

Les soldats l'emmenèrent à l'intérieur de la cour du prétoire, et ils rassemblèrent toute la cohorte. Ils le revêtirent de pourpre et le coiffèrent d'une couronne d'épines qu'ils avaient tressée. Puis il se mirent à le saluer : « Salut, roi des Juifs ! » Ils lui frappaient la tête avec un roseau, crachaient sur lui et, fléchissant les genoux, se prosternaient devant lui. Quand ils se furent moqués de lui, ils lui enlevèrent la pourpre et lui remirent ses vêtements. Ils emmènent Jésus pour le crucifier.

Le crucifiement

Et angariavérunt prætereúntem quémpiam, Simónem Cyrenáum, veniéntem de villa, patrem Alexándri et Rufi, ut tólleret crucem eius. Et perdúcunt illum in Gólgotha locum, quod est interpretátum Calváriæ locus. Et dabant ei bíbere myrrhátum vinum : et non accépit. Et crucifigéntes eum, divisérunt vestiménta eius, mitténtes sortem super eis, quis quid tólleret. Erat autem hora tértia : et crucifixerunt eum. Et erat título causæ eius inscriptus : Rex Iudæórum. Et cum eo crucifigunt duos latrónes : unum a dextris et alium a sinístris eius. Et impléta est Scriptúra, quæ dicit : Et cum iníquis reputátus est. Et prætereúntes blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes : **S.** Vah, qui détruis templum Dei, et in tribus diébus reädificas : salvum fac temetípsum, descendens de cruce. **C.** Simíliter et summi sacerdótes illudéntes, ad altérutrum cum scribis dicébant : **S.** Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere. Christus Rex Israél descendat nunc de cruce, ut videámus et credámus. **C.** Et qui cum eo crucifíxi erant, conviciabántur ei.

Et ils requiront pour porter sa croix un passant, Simon de Cyrène, qui venait de la campagne, le père d'Alexandre et de Rufus. Ils le conduisirent au lieu dit *Golgotha*, ce qui se traduit : le lieu du Crâne. Ils lui donnèrent alors à boire du vin mêlé de myrrhe, mais il n'en prit pas. Après l'avoir crucifié, ils se partagèrent ses vêtements en tirant au sort la part de chacun. C'était la troisième heure quand ils le crucifièrent. L'inscription du motif de sa condamnation était ainsi rédigée : « Le roi des Juifs. » Avec lui on crucifia deux brigands, un à sa droite et l'autre à sa gauche. Ainsi fut accomplie l'Écriture qui dit : *Il a été compté parmi les scélérats.* Les passants l'insultaient en hochant la tête, et disaient : **S.** « Eh ! toi qui détruis le temple de Dieu et le rebâties en trois jours, sauve-toi toi-même, et descends de la croix ! » **C.** De même les chefs des prêtres plaisantaient entre eux avec les scribes en disant : **S.** « Il a sauvé les autres, il ne peut se sauver lui-même. Le Christ ! Le roi d'Israël ! Qu'il descende maintenant de la croix, pour que nous voyions et que nous croyions. » **C.** Ceux qui étaient crucifiés avec lui l'injuriaient aussi.

Derniers instants de Jésus

Et facta hora sexta, ténebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam. Et hora nona exclamávit Iesus voce magna, dicens : + Eloï, Eloï, lamma sabactháni ? **C.** Quod est interpretátum : + Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me ? **C.** Et quidam de circumstántibus audiéntes, dicébant : **S.** Ecce, Elíam vocat. **C.** Currens autem unus, et implens spóngiam acéto, circumponénsque cálamo, potum dabat ei, dicens : **S.** Sínite, videámus, si véniat Elías ad deponéndum eum. **C.** Iesus autem emíssa voce magna exspirávit.

Quand vint la sixième heure, il y eut des ténèbres sur toute la terre jusqu'à la neuvième heure. Et à la neuvième heure, Jésus cria d'une voix forte : + « *Eloï, Eloï, lamma sabacthani ?* » **C.** Ce qui se traduit : + « Mon Dieu, mon Dieu, pourquoi m'as-tu abandonné ? » **C.** Quelques-uns de ceux qui étaient là disaient en l'entendant : **S.** « Voilà qu'il appelle Élie ! » **C.** Un homme courut remplir de vinaigre une éponge et, l'ayant mise au bout d'un roseau, il lui donnait à boire en disant : **S.** « Laissez, voyons si Élie viendra le détacher ! » **C.** Mais Jésus, poussant un grand cri, expira.

Ici on fléchit le genou et on s'arrête un instant.

Après la mort de Jésus

Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum. Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans exspirasset, ait : **S.** Vere hic homo Filius Dei erat. **C.** Erant autem et mulieres de longe aspicientes : inter quas erat María Magdaléne, et María Iacobi minoris, et Ioseph mater, et Salóme : et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, et ministrabant ei, et aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosólymam.

Le rideau du Temple se déchira en deux, depuis le haut jusqu'en bas. Le centurion qui se tenait devant Jésus, en voyant qu'il avait expiré avec ce cri, dit alors : **S.** « Vraiment, cet homme était le Fils de Dieu ! » **C.** Il y avait aussi des femmes qui regardaient de loin, parmi lesquelles Marie-Madeleine, Marie, mère de Jacques le Mineur et de Joseph, et Salomé, qui le suivaient et le servaient quand il était en Galilée, et beaucoup d'autres qui étaient montées avec lui à Jérusalem.

L'ensevelissement

Et cum iam sero esset factum (quia erat Parascève, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathæa, nóbilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei, et audacter introivit ad Pilátum, et petiit corpus Iesu. Pilátus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogavit eum si iam mortuus esset. Et cum cognovisset a centurione, donavit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, et depónens eum involvit sindone, et posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, et advolvit lapidem ad ostium monumenti.

Le soir étant déjà venu (car c'était la Préparation, c'est-à-dire la veille du sabbat), arriva Joseph d'Arimathie, membre notable du conseil, qui attendait lui aussi le Royaume de Dieu. Hardiment, il se rendit chez Pilate et demanda le corps de Jésus. Pilate s'étonna qu'il fût déjà mort et, appelant le centurion, il lui demanda s'il était déjà mort. Renseigné par le centurion, il fit remettre le corps à Joseph. Celui-ci, ayant acheté un linceul, descendit le corps, l'enveloppa dans le linceul et le déposa dans un tombeau qui avait été creusé dans le roc. Puis il roula une pierre à l'entrée du tombeau.

OFFERTOIRE Psaume 139, 5

Custodi me, Dómine, de manu peccatoris : et ab homínibus iníquis éripe me.

Préservez-moi, Seigneur, de la main du pécheur, et sauvez-moi des hommes injustes.

SECRÈTE

Sacrificia nos, quæsumus, Dómine, propénsius ista restáurent : quæ medicínalibus sunt institúta ieiúniis. Per Dóminum.

Nous vous en prions, Seigneur : que ces sacrifices, institués au cours de jeûnes médicinaux, nous renouvellent plus abondamment. Par...

PRÉFACE DE LA SAINTE CROIX

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti : ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicentes.

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant.

Vous avez établi le salut du genre humain dans le bois de la croix, afin que la vie rejaillît par où la mort avait surgi, et que celui qui triomphait sur un arbre fût vaincu aussi sur un arbre, par le Christ notre Seigneur.

C'est par lui que les Anges louent votre majesté, que les Dominations l'adorent, que les Puissances la révèrent, que les Cieux et les Vertus des cieux, ainsi que les bienheureux Séraphins, la célèbrent dans une même allégresse. À leurs chants nous vous supplions de laisser se joindre aussi nos voix, pour proclamer dans une humble louange...

COMMUNION *Psaume 68, 13-14*

Advérsum me exercebántur, qui sedébant in porta : et in me psallébant, qui bibébant vinum : ego vero oratiónem meam ad te, Dómine : tempus benepláciti, Deus, in multitudíne misericórdiæ tuæ.

Ceux qui étaient assis à la porte parlaient contre moi, et les buveurs de vin me raillaient par leurs chansons. Mais moi, je vous adresse ma prière, Seigneur ; voici le moment favorable, ô Dieu, celui de l'abondance de votre miséricorde.

POSTCOMMUNION

Sanctificatióne tuis, omnípotens Deus : et vitia nostra curéntur, et remédia nobis sempitérna provéniant. Per Dóminum.

Par vos actions sanctificatrices, Dieu tout-puissant, que nos vices soient guéris, et que nous soient procurés des remèdes d'éternité. Par...

ORAISON SUR LE PEUPLE

Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo.

Prions. Humiliez vos têtes devant Dieu.

Tua nos misericórdia, Deus, et ab omni
subreptióne vetustátis expúrget, et
capáces sanctæ novitátis efficiat. Per
Dóminum.

Que votre miséricorde, ô Dieu, nous
purifie de tout entraînement vers la
vétusté, et nous rende capables d'une
sainte nouveauté de vie. Par...